



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

44. De custodia Eucharistiæ, Chrismatis & aliorum Sacramentorum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS XLIV.

De Custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

Quoniam, Quidnam præcipiatur vel prohibeatur duobus capitulis hoc titulo contentis? Resp. 1. In cap. 1. h. t. præcipitur, ut Sacrosancta Eucharistia & S. Olea, aliæque Sacramenta, seu potius Sacramentalia decenter & sub fideli custodia in Ecclesiis asserventur. Ex quo etiam cap. uti & ex D. Clem. L. 8. Const. Apostol. c. 13, & recepto à tempore Concil. Nicæni in Ecclesia more probatur, rectè Eucharistiam in Ecclesiis asservari. Causas, ob quas olim in Ecclesiis asservata sit Eucharistia recenset Schmalzgr. h. t. n. 6. sùntque inter præcipuas, ut petentibus præsertim infirmis ministrari possit; ut fideles semper habeant Christum præsentem sibi etiam quoad humanitatem, ad implendam ipsius promissionem Matth. 28. 7. 20. ut publicè adorari, in altari exponi, & in processibus possit circumferri. Porro Ecclesiæ, in quibus asservari solet & debet Eucharistia, sunt solæ Parochiales, Cathedrales, & Regulares; in Monasteriis tamen Monialium non est asservanda intra chorum vel septa, sed in Ecclesia. Trid. Sess. 25. de Regular. c. 10. Item asservari debet in tabernaculo mundo ac in pyxide deaurata cum lumine perpetuo; clavis autem tabernaculi in Ecclesiis Parochialibus privativè à Parocho asservari debet, juxta S. Congreg. Conc.

in Asculana. 25. Jun. 1689. in non Parochi-  
bus ab earum Rectore, nunquam à Monialibus  
laicis. Gloss. in *can. fin. caus. 24. q. 1.*

*Resp. 2.* In *cap. 2. h. t.* præcipitur, ut oratorum  
vasa, corporalia, pallæ altaris & vestimenta  
Ministorum munda & nitida sint. Prohibetur  
insuper, ne suppellectilia profana tam Clericorum  
quàm laicorum extra casum necessitatis  
Ecclesis reponantur.

## TITULUS XLV.

### De Reliquiis & Veneratione San- ctorum.

**Q**UO, *Nomine reliquiarum Sanctorum qua  
niant, & quid de Sanctis eorumque reliquiis  
pres. tit. statutum? Resp. ad primum.* Nomine  
reliquiarum veniunt Sanctorum corpora, vel  
rum partes, ossa, cineres, vestes, vela, panni, in-  
menta martyrii aut mortificationis &c.

*Resp. ad secundum 1.* Prohibetur, nequis non  
Canonizatus à S. Pontifice ( ad quem solum spe-  
tat canonizatio aut beatificatio. AA. ad c. 1. h. t. )  
cultu publico colatur pro Sancto, privatus enim  
non censetur prohibitus *c. 1. h. t.* 2. Ne reli-  
quiarum antiquarum ostendantur extra capsam, vel re-  
ponantur venales, *c. 2. h. t.* non tamen vetitum  
est, eas vendere ratione materiæ, ex qua con-  
ciuntur, vel cui commiscantur contusæ aut etiam  
ratione expensarum in iis conficiendis aut depor-